CLASSIS III.

PHLOGISTA.

70. TURFA. Ex fibris vegetabilium bitumine perfusis contexta.

71. BITUMEN. Igni expositum odorem gravem spargens.

72. MELLITES. Crystallorum forma conspicuus.

73. SUCCINUM. Igni expositum odorem suavem spirans, paulo difficilius liquescens.

74. AMBRA. Igni expositum odorem suavem spirans, facilime liquescens.

75. GRAPHITES. Solus difficilime exardescens.

76. SULPHUR. Cum flamma caerulea et vapore acido suffocante ardens.

PHLOGISTA.

70. TURFA. Coloris urplurimum obſcuri, texturae magis minusve fibroſae.
Cum vapore naribus ingrato oculisque infeſto urplurimum ardens.
Ex radiculis aliisque vegetabilium partibus minus magisve alteratis et bitumine perfuſis compoſita.

ceſpitoſa. 1. T. albida levis facile cum flamma paucoque vapore celeriter in cineres converſa.

ericetorum. α) T.

muſcoſa. β) T.

Habitat potiſſimum in ericetis, *terrae ſuperficiem tegens, aut ſolo humi ſtrato contecta, ſaepe congeneribus ſtratis amplioribus profundius ſitis, ex ericae muſcorunque radicibus vix alteratis nata, hinc pallida, cana, aut ochroleuca, adeo levis, ut fruſtum* 14 *pollices longum,* 6 *latum, et* 4 *altum pondere non niſi* 13-15 *uncias aequet, ardendo oculis et naribus minus ingrata, at fugacem modo et leviſſimum calorem praebens, plurimosque cineres relinquens.*

foliata. 2. T. texturae ad lamelloſam accedentis.

Cronſt. miner. §. 291. 5. 2. 1. 2.

Habitat paſſim in paluſtribus, *in exiles colles aggregata, ex pluribus ſtratis inaequalibus chartae foliorum ad inſtar ſeparabilibus conſtans, vegetabilibus, ex quibus componitur jam paulo magis alteratis, quam in ceſpitoſa.*

maritima. 3. T. tardius et cum foetore oculis naribusque infeſtiſſimo ardens.

Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 20. *n.* 6. b. Darry.

Habitat ad littora maris *depreſſiora, in vicinia quoque* fontium ſalſorum, *ſatis ponderoſa, coloris obſcuri, calorem, quam ceſpitoſa, longe majorem, ardendo ſubminiſtrans, ut difficilius exardeſcens.*

paluſtris. 4. T. obſcuri coloris ad aërem conſolideſcens et citius cum vapore magis tolerabili exardeſcens.

Syſt. nat. I. *p.* 209. *n.* 2. XII. 3. *p.* 210. *n.* 6. Humus vegetabilis intertexto-fibroſa ſicco induranda.

Waller.

Waller. miner. 11. Humus vegetabilis turfacea fibrosa.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 21. *n.* 7. Humus fibrosa combustibilis.
Cartheus. miner. 53. Humus densa radicibus vix mutatis intertexta.
Habitat in omnis *fere* telluris paludibus *cespitosa, cui saepius subjacet, magis ponderosa, ita ut frustum* 14 *pollices longum*, 6 *latum*, *et* 4 *altum libram* $1\frac{1}{4}$-$1\frac{3}{4}$ *pondere aequet, egregium fuci in multis terris pabulum* v. Degner *diss. de turfis. Ultraj.* 1729. 8. J. Beckmann *Beytr. z. Gesch. d. Erf. vol.* 2. *n.* 2.

picea. 5. T. coloris obscuri ad aërem consolidescens attactu pinguiuscula bitumine largius perfusa, hinc majore cum aestu et foetore ardens.
Cronst. miner. §. 284. 2. 1. 1. *et* §. 291. 5. 2. 1. 1. Turfa solida aëre indurescens.
Habitat tum in montium, *etiam altiorum et ex granite potissimum conflatorum* planitie, *tum in aquis* stagnantibus, *ex his, in* Belgio *praesertim, piscaturae specie eruta* (Baggertorf,) *egregium, etiam in carbonem versa, modo caute facta sit ustio, ignis pabulum, congeneribus magis ponderosa, ita ut frustum*, 14 *pollices longum*, 6 *latum*, *et* 4 *altum, libras duas pondere aequet.*

71. BITUMEN. Facile cum flamma exardescens, ardendo odorem gravem spargens, pingue.

Naphtha. 1. B. fluidum albicans volatile maxime inflammabile.
Syst. nat. 1. *p.* 168. *n.* 1. XII. 3. *p.* 109. *n.* 1. Bitumen fluidum albicans.
Waller. miner. 192. *syst. miner.* 2. *p.* 89. *n.* 1. *Carth. miner.* 47. Bitumen fluidissimum levissimum.
Woltersd. miner. 24. Oleum montanum ignem attrahens.
Kaempf. amoen. exot. 273. *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 43. Naphtha albicans.
Psiland. act. Paris. 1736. *Cronst. miner.* §. 146. 3. 1. 1. Naphtha.
Habitat potissimum in Persiae *borealis peninsula* Abscheron *prope* Baku, *odoris summopere penetrantis, adeo levis ut ipsi vini spiritui superinnatat, adeo volatilis, ut exhalationibus suis atmosphaeram regionis, in qua occurrit, impleat, magnorum redituum fons largus.*

Petroleum. 2. B. liquidum tinctum.

Syst. nat. I. *p.* 168. *n.* 2. XII. 3. *p.* 109. *n.* 2. Bitumen liquidiusculum fusco-rufescens.

Waller. miner. 194. *syst. miner.* 2. *p.* 90. Bitumen fluidum crassius.

Cartheus. miner. 47. Bitumen fluidum spissiusculum.

Woltersd. miner. 24. Oleum montanum luteum s. badium.

Cronst. miner. §. 147. 2. Petroleum.

Ariost. oleum montis Zibini. Mutin. 1698. 12.

Bouillet. mem. sur l'huile de petrole de Gabian. Beliers 1752. 4.

Habitat nunc aquis innatans in Persiae (*s. antiquae* Mediae) (*peninsulis* Boral *et* Abscheron, *in* Sibiria (e. gr. *prope* Semenowa,) *in* Westphalia (*in lithanthracum fodinis* Mindensibus,) Bavaria (*prope* Tegernsee,) Helvetia (*prope* Bernam *et* Chatonoy,) *in* Alsatia, Alvernia, Vasconia, *et* (*prope* Gabian,) Occitania Galliae, *in* Sicilia (*prope* Petraglie,) *et potissimum in Ducatibus* Parmensi, Placentino *et* Mutinensi, *praesertim ad montem* Chiaro *et* Zibio, Dacia, *potissimum prope* Herschan, *nunc ex terris, potissimum calcareis, aut ferri mineris guttatim quasi exsudans in* Suecia (*in parochia* Raettwick *et in monte* Osmund *et* Mösseberg,) Scotia (*prope* Edinum,) Marchia (*prope* Freyenwalde,) Austria (*prope* Gaeming,) Wirtembergia (*prope* Boll,) Alsatia (*prope* Sulz,) *odoris minus ingrati, cum flamma caerulea ardens, vini spiritui innatans ad aërem spissescens et nigrescens, alias flavescens, rufescens, aut subfuscum, rarius rude nigricans, membris contra frigus muniendis aliisque usibus inserviens.*

Maltha. 3. B. spissum nigrum, digitis tangentibus adhaerens.

Syst. nat. I. *p.* 168. *n.* 3. XII. 3. *p.* 110. *n.* 3. Bitumen tenax nigrum.

Waller. miner. 195. *syst. miner.* 2. *p.* 92. *n.* 3. Bitumen segne crassum nigrum.

Cronst. miner. §. 148. Petroleum tenax.

Woltersd. miner. 24. Oleum montanum liquido tenax.

Habitat, utplurimum aquis innatans, in mari mortuo Palaestinae, *prope* Babyloniam, *in* Arabia (*prope* portam inferni,) *in* Persia, Sinae *lacubus insignibus*, Sibiria (*prope* Semenowa *et* Jacuschkina,) *in* Sueciae *fodinis* (Dannemorensi *et* Moos,) Anglia (*in* Colebrookdale,) Gallia (*prope* Clarimontum,) Sicilia (*prope* Leonforte, Bircone, Girgenti, Polizzi, Canallotte, Symmete,) Helve-

Helvetia (*prope* Orbe, *in balneo* Nydelbad *et* valle Leoben,) *in insula* Barbados *et vicinis, interdum ex terris calcariis exstillans.*

elasticum. 4. B. fuscum solidum elasticum.
Grosecke Bergbauk. I. *p.* 400.
la Mether. journ. de phys. 1787. *Oct. p.* 311.
Habitat cum spato et galena in fodinis Anglicis *comitatus* Derbyensis *resinae vegetabili, quam vocant elasticum, similimum, ut tamen vitrioli naphtha non solvatur.*

Mumia. 5. B. nigrum inodorum calore leni emolliendum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 110. *n.* 4. Bitumen subfriabile piceum.
Hasselq. it. 537. Mumia mineralis.
Kaempf. amoen. exot. fasc. 2. *p.* 430. *et* 3. *p.* 517. *Pharmac. Wart.* 119. Mumia nativa persica.
Habitat in Persiae *provincia* Duraab *in antro montis* Caucasici Benna, *ab imperantibus clauso et mirifice custodita picem sutoriam prima facie referens, insipidum, prunis injectum petroleum olens, ut tamen aliquid sulphurei odoris intersit, e naphtha indurata, ut videtur, natum, Persis maximo pretio habitum, et addita tertia aut media cerae parte vulnerarii loco crebro adhibitum.*

Asphalthum. 6. B. opacum, coloris obscuri igne facilime liquescens cum spiritu nitri fumante effervescens, nitens.
Syst. nat. I. *p.* 168. *n.* 4. A. XII. 3. *p.* 110. *n.* 5. Bitumen friabile atrum.
Cartheus. miner. 48. Bitumen solidum fragile glabrum nitidum nigrum.
Waller. miner. 195. *syst. miner.* 2. *p.* 93. *n.* 4. Bitumen solidum coagulatum friabile.
Woltersd. miner. 25. Pix montana dura fragilis nitida.
Cronst. miner. §. 149. 3. 1. Petroleum induratum.
Habitat nunc in aliis phlogistis, aut terris calcariis, aut arenariis nidulans, aut venarum instar haec percurrens, rarius ipsum strata constituens, aut, quemadmodum in planitie (Turlane) *insulae* Trinitatis, *terrae superficiem tegens, solis aestivi ardore liquescens, alias in maritimis* novae Hispaniae, *portu avana, ad fluvium* Wolga *et in promontorio septentrionali* Caucasi, *in* Norwegia (*prope* Kongsberg,) Suecia (*in* Oelandia *et prope* Dannemora,) *in* Dania, Anglia (*prope* Colebrookdale,) Gallia, Italia (*prope* Belluni,) Transilvania, Silesia (*in principatu*

Schweidniz,) Saxonia (*prope* Grosvoigtsberg,) *circulo salico*, (*prope* Langenbogen,) Hercynia (*in monte* Iberg,) *comitatu* Marchiensi, Nassovia (*prope* Kirchheim) *et* Palatinatu (*prope* Moersfeld *et* Spizenberg,) *ad candelam facilime liquescens, cerae sigillatoriae, oleo solutum vernici nigrae inserviens, nunc facilius nunc difficilius ardens rarius totum flamma consumtum, quam scorias nitentes nigras, fragiles relinquens, frequentius nigrum aut fuscum, quam flavum, rarius in loco natali* e. gr. *in montibus* Carpathicis *cerae instar molle, et sine fumo aut fuligine ardens, aut* e. gr. *prope* Jassy *in* Moldavia, *manu calida jam emolliendum, aut* e. gr. *in principatu* Neocomensi (*prope* Valtravers) *ejus tenacitatis, ut pastae instar cultro incidi queat.*

Ampelites. 7. B. nigrum opacum fragile intus terreum.

Syst. nat. I. *p.* 168. *n.* 5? XII. 3 *p.* 110. *n.* 6? *Mus. Tessin.* 40. *n.* 1. *Schreb. lith.* 49. Bitumen humi turfae.

Waller. miner. 197 *Syst. miner.* 2. *p.* 96. *n.* 5. Bitumen terra mineralisatum solidum friabile.

Carth. miner. 48. Bitumen solidum terrestre friabile.

Woltersd. miner. 25. Pix montana rudis cespitibus intertextis.

Cronst. miner. §. 149. 3. 2. Pix montana impura.

Habitat in Sibiria, *et passim per* Europam, e. gr. *in* Lotharingia, Helvetia, Suecia, *scorias multas plumbei coloris post ustionem relinquens.*

Gagas. 8. B. compactum nigrum opacum tenax texturae conchaceae intus nitens, natans.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 111. *n.* 8. Bitumen solidum purum natans.

Waller. miner. 199. Bitumen durissimum lapideum purum.

Waller. Syst. miner. 2. *p.* 106. *n.* 7. Bitumen durissimum purum polituram admittens aquis innatans.

Woltersd. miner. 25. Pix montana dura compacta polituram admittens.

Cronst. miner. §. 283. 3. 1. 1. 1. Vegetabile lithanthrace impraegnatum.

Vogel miner. 327. *Baum. miner.* 1. *p.* 34. Gagas.

Habitat saepius ipsum strata constituens, aut in lithanthrace nidulans, in montibus stratariis, ad pontum Euxinum, *ad fluvium* Syrjak *imperii* Russici, *in* Scania (*prope* Boserup,) Norwegia (*prope* Kongsberg,) Islandia, Scotia, Anglia (*potissi-*

(*potissimum in* Leicestria *et* Lancastria,) *in* Hispania (*prope* Valenciam, Arenas *et* Bellonico,) *in* Gallia, Sicilia (*prope* Petraglie, Paterno, Compigliare, Bronte, Cataneam, *et passim in vicinia* Aetnae,) *in* Wirtembergia (*prope* Balingam *et thermas* Boltenses,) *in* Saxonia (*prope* Lipsiam) *et* Silesia (*prope* Waldenburg *et* Tannenhausen,) *interdum venis selenitae, aut striis lithanthracis vel argillae fissilis varium, adeo tenax ut tornari possit, atque egregiam polituram admittens, frictione excalefactum potentius aliis phlogistis mineralibus solidis leviora corpora trahens, igne leni ebulliendo liquescens, igne etiam leni exagitatum tetrum odorem spargens, et cineres canos ferriferos facile in vitrum abeuntes relinquens, variis operibus oleoque solutum vernici nigrae inserviens.*

Lithanthrax. 9. B. opacum nigrum fragile cum flamma ardens et ardendo fumum nigrum eructans.

Syst. nat. I. *p.* 168. *n.* 6. XII. 3. *p.* 111. *n.* 7. *Mus. Tessin.* 42. *n.* 3. Bitumen schistosum.

Waller. miner. 198. Bitumen lapide fissili mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 98. *n.* 6. Bitumen lapideum schisto vel aliis terris mixtum et induratum.

Woltersd. miner. 25. Pix montana dura rudis fragilis.

Cronst. miner. §. 157. 2. Phlogiston argilla mixtum.

Triewald act. Stockh. 1740. &c. Stenkol.

Tilly sur l'exploitation du charbon de terre. Paris 1758.

Breuling sylva subterranea. Hal. 1693. 12.

Habitat in plurimis telluris, *etiam* Europae, *potissimum* Angliae *montibus stratariis, praesertim ex marmore aut ardesia fabrefactis, aluminis vitriolique mineris, fontibus salsis et mineralibus, basaltae quoque columnari saepe vicinum, argilla fissili fatiscente bitumine perfusa non raro sese prodens, strata nunc ampliora, nunc tenuiora, plurima utplurimum sibi incumbentia stratis aliis discreta constituens, horizonti nunc magis nunc minus parallela, saepius pyrite foetum, hinc accensum sulphuris vaporem eructans, non raro iridis coloribus in superficie ludens, rarius cubicum, texturae nunc conchaceae, nunc schistosae, interdum fatiscens et inquinans, optimum fuci pabulum.*

sevum. 10. B. album subfragile natans, facile cum flamma caerulea ardens.

Act. Stockh. 5. *art.* 1. 2. *Vogel mineralf.* 343. Sevum minerale.

Habitat in Fennonia *in maritimis pago* Narko *vicinis, et ad* lacum Loja, *in amygdalorum oleo calido, et si quidem alcali acuatur ipso vini spiritu solvendum, ambra levius celeriter cum multo fumo ardens, sevum referens; an hujus regni.*

72. MELLITES. Mollis, fragilis, pellucidus, vitreo nitore nitens, texturae conchaceae, submelleus.

Pyramis tetraëdra duplex: faciebus laevissimis.

Werneri. 1. MELLITES. *Karst. Lesk. Mineralkab.* 1. *p.* 334.

Habitat in Saxonia *prope* Artern *in stratis ligni subterranei bituminosi, et in* Helvetia, *in asphalto nidulans, coloris inter melleum et hyacinthinum intermedii, in fragmenta indeterminata dissiliens, crystallis minutis aggregatis vel sparsis, distinctas interdum easque duplices pyramides tetraëdras referentibus; an distincti generis?*

73. SUCCINUM. Leviusculum, flavum, intus nitens, texturae conchaceae, tenax, frictione aut igne excalefactum suaveolens, et corpora leviora reliquis phlogistis potentius trahens.

Igne agitatum sal acidum siccum sui generis praebens.

electricum. 1. SUCCINUM.

Syst. nat. I. *p.* 167. *n.* 2. Electrum diaphanum solidum.

Cartheuf. miner. 48. Bitumen solidum durum nitidum suaveolens.

Waller. miner. 200. 201. Succinum pellucidum et opacum.

Waller.

Copal *potius ad succos vegetabiles pertinet.*

Waller. syst. miner. 2. *p.* 108. Succinum durius europaeum.
Cronst. mineral. §. 145. Succinum.
Habitat frequentissimum ad littora maris Baltici, *praesertim* Borussiae *finitima*, *rarius ad littora* maris glacialis, *et in media* terra continente, e. gr. Sibiria, Russia *minori*, Borussia *et* Pomerania *utraque*, Marchia Brandenburgica, *Ducatu* Bremensi (*prope* Osterholz) *et* Hannoverano (*prope* Blumenau, Wiel *et* Gartow,) Saxonia (*prope* Schmiedeberg, Grosswig *et* Mehren,) Silesia, Bohemia (e. gr. *prope* Sealiz,) Austria (*prope* Grienzing *et* Kirchbach,) Wirtembergia, Helvetia (*prope* Scaphusium,) Gallia (e. gr. *prope* Bucharach,) Hispania, *potissimum in Asturia, in Ducatu* Mutinensi *et* Sicilia (e. gr. *prope* Cataneam,) *colore flavo nunc in ochroleucum, nunc in virescentem, nunc in fuscum, rarius in nigricantem, frequentius in rubrum vergente, vinaceo, melleo, cereo, hyacinthino, nunc pellucidum, nunc diaphanum, nunc opacum, nunc diaphanum nubeculis venisque opacis turbidum, polituram egregiam admittens, formae utplurimum communis, varius stalactiticae, interdum ligno subterraneo adhaerens, aut inclusum, saepe insectis, creberrime silvaticis, inclusis, rarius plantarum vestigiis impressis conspicuum, medicorum usui, suffimentis, vernicibus inserviens, originis vegetabilis, diuturna tamen infra terram mora mirifice alteratum.*

74. AMBRA. Natans, inconspicua, opaca, fragilis, cerae instar mollis, inter dentes tenax, ut illis adhaereat.
Ambrosiaca, calore aquae bullientis liquescens, facile exardescens cum flamma alba, et fumo cinereo, tota flamma consumta.

maritima. 1. AMBRA.
Cronst. miner. §. 144. Ambra grisea.
ambrosiaca. α) Ambra grisea. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 107. *n.* 1. *Rumpf mus.* 262. *t.* 53. 54. *Pharm. Wirt.* 13.
Syst. nat. I. *p.* 167. *n.* 1. Electrum opacum tenax.
Woltersd. miner. 25. Ambra colore griseo optima.
Waller. miner. 204. *syst. miner.* 2. *p.* 118. Ambra variegata.

Cartheus.

Cartheuſ. miner. 49. Bitumen ſolidum molli opacum ſuaveolens.

vulgatior. β) Ambra unicolor fuſco-nigricans. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 107. *n.* 2. *Waller. miner.* 205. *ſyſt. miner.* 2. *p.* 119. *n.* 2. Ambra unicolor.

Woltersd. miner. 25. Ambra colore vario.

Habitat ad littora inſularum Moluccarum, Sumatrae, Madagaſcar, Aethiopiae, Malabariae, *rarior in* borealibus, *in fragmenta cruſtoſa ſecedens, texturae granulatae, oſſium ſepiae fragmenta ſaepe continens, odore ſuo tineis infeſta, hominibus multis grata, in animi deliquiis nervorumque morbis, aliis arcendis efficax, vilior et minus pura unicolor alba, cinerea, nigra, fuſca, flaveſcens, melior ſtriis, punctis, venis, maculis flavis, nigris, albis marmoris inſtar variegata haec pretioſa. An potius excrementum animale?*

75. GRAPHITES.

Ex phlogiſto potiſſimum compoſitus, fixus et non niſi nitro intercedente inflammabilis.

Niger, opacus, attactu pinguiuſculus, molliſſimus, ſubfragilis, inquinans, opacus, nitens, facile in fragmenta indeterminata diſſiliens.

Plumbago. 1. Gr. nitoris metallici, texturae ſchiſtoſae. *Scheele Act. Stockh.* 40. 1779. *p.* 238.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 121. *n.* 1. α. β. Molybdaenum tritura caeruleſcente impalpabile et ſubſquamoſum.

Muſ. Teſſin. 54. Zincum fuſco inquinans.

Woltersd. miner. 31. Ferrum nigricans ſplendens, unctuoſum inquinans.

Cronſt. miner. §. 153. 2. 2. 3. Sulphur ferro et ſtanno ſaturatum, textura chalybea micacea et granulata.

Waller. miner. 126. Mica pictoria nigra manus inquinans.

Waller. ſyſt. miner. 2. *p.* 249. *n.* 14. Ferrum corroſum volatile mineraliſatum, minera nigreſcente ſquamoſa pictoria magneti refractaria.

Habitat, utplurimum in argilla et granite nidulans, in Groenlandia, Scotia (*prope* Dumphrey,) Anglia (*prope* Barro-

Barrodal,) Hiſpania (*prope* Cazella,) Pyrenaeis (*prope* Iſſeaux,) *electoratu* Trevirenſi (*prope* Rheinbreidenbach,) Wirtembergia (*prope* Alpirſpach,) *ad* Ratisbonam, *in* Auſtria (*prope* Hafnerzell *et* Pfaffenmuth,) Hungaria (*prope* Schemniz,) Glazia (*prope* Reinerz,) Bohemia (*prope* Blatte *et* Stuncard,) Saxonia (*prope* Johanngeorgenſtadt, Sedisdorf, Ehrenfriedersdorf *et* Marienberg, *et paſſim in* Suecia, *in fragmenta ſubtiliſſime granularia ſecedens, interdum ochra ferri intermiſta in fuſcum colorem vergens, ferri nunquam expers, ut creberrime* $\frac{1}{10}$ *ejus contineat, aëre fixo praeterea praegnans, pennis ſcriptoriis, pileis tingendis, argillae intermiſta catillis fuſoriis inſerviens.*

Carbo. 2. Gr. texturae conchaceae in fragmenta diſcoidea diſſiliens.
Wiedenm. bergm. Journ. 1789. 1. *p.* 609.
Klapr. chem. Ann. 1790. 1. *p.* 293.
v. Fichtel Karpath. p. 666.
Habitat in Hungaria (*prope* Schemniz, *in ſtratis tenuibus aut venis argillae atrae induratae innidulans, prope* Tſcherweniza *matricem opali venae inſtar percurrens,*) Bedemontio, Gallia, Voigtlandia (*prope* Liebſchwiz,) *et* Norwegia (*prope* Kongsberg,) *igne candente* $\frac{9}{10}$ *ſui ponderis amittens, ſuperſtite parte ultra dimidium ex terra aluminari, ceterum ex ferri calce et terra ſilicea conflata.*

Fuligo. 3. G. intus aterrimus, colore nigerrimo inquinans.
Habel Schr. berl. Naturf. 10. *p.* 75. Natürlicher Ruſs.
Habitat in Naſſoviae *fodinis lithanthracum prope* Duttweiler, *ſtrata tenuia his interſerta et incumbentia conſtituens; an diſtincta hujus generis ſpecies?*

76. SUL-

76. SULPHUR. Ex vitrioli acido et phlogisto conflatum.

Leni igne cum tenacitate, colore hepatico odoreque sibi proprio liquescens, accedente aëre in flammam caeruleam exardescens, et vaporem suffocantem tincturas vegetabiles plurimas delentem eructans.

Cum metallis plurimis in igne colliquescens.

nativum. 1. S. nudum purum.

Syst. nat. I. *p.* 169. *n.* 1. XII. 3. *p.* 113. *n.* 1. Pyrites nudus diaphanus.

Cronst. miner. §. 150. 4. 1. Sulphur nativum.

Waller. miner. 205. *syst. miner.* 2. *p.* 123. *n.* 1. Sulphur nativum purum flavum.

Dal. pharmac. 25. Sulphur nativum et vivum.

α) pulvereum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 125. *n.* 1. e. Sulphur vivum flavum pulverulentum aquis efflorescens.

Vandell. therm. 97. Sulphur thermarum crystallinum.

β) solidum.

a) purum.

α) formae communis.

ſ opacum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 124. *n.* 1. c. Sulphur vivum flavum glebosum opacum.

ſſ diaphanum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 124. *n.* 1. b. Sulphur vivum flavum glebosum pellucidum.

b) fibrosum vel capillare.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 124. *n.* 1. d. Sulphur vivum flavum capillare.

c) crystallinum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 124. *n.* 1. a. Sulphur vivum flavum crystallisatum.

b) im-

b) impurum.

Wolt. min. 25. *Mus. Tessin.* 42. *n.* 3. Sulphur nudum luteum ignivomorum montium.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 125. *n.* 2. Sulphur nativum arsenicale rubrum.

Habitat α) *in* aquis sulphureis *et* thermis *plurimis*, *his innatans*, *et in canalibus*, *quos transeunt*, *inque receptaculis*, *in quibus colliguntur obvium*; β a) *creberrime gypso innidulans*, *in* India, Sibiria *et* Russia Wolgae *finitima*, *insula* aquarum Lupiarum, Sicilia, Elba, *insulis* Aeoliis, Italia, Helvetia (*prope* Bex,) Lotharingia, Germania (*prope* Wemsen, Lavenstein *et* Duingen,) Gallicia (*prope* Widlicuca,) Islandia *et* Hungaria, β b) *ad* Heclam Islandiae, Vesuvium Italiae, *prope* Bex Helvetiae, β c) *tabularum*, *cuborum*, *prismatum tetraëdrorum longitudinaliter et subtiliter striatorum*, *pyramidum simplicium triedrorum aut hexaëdrorum*, *aut duplicium tetraëdrarum in* Italia *prope* Puteolos, Verucca *et in Ducatu* Urbino, *in* Hispania, Normannia, Sibiria, *promontorio* Caucasi *septentrionali prope thermas* S. Catharinae, β b) *arsenico inquinatum aut tinctum*, *sandaracae affine*, *in montium praesertim* ignivomorum *rimis et fissuris*, *in* Sina, *insula* aquarum Lupiarum *et* Milo, *etiam in* Tiroli *et* Hungaria, *molle*, *texturae nunc incurvo-lamellosae*, *nunc fibrosae*, *nunc conchaceae*.

terreum. 2. S. humo aut argillae mistum, quam deflagrando relinquit, ab acido affuso non foetens.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 125 *n.* 3. Sulphur nativum mixtionis peregrinae, coloratum.

Habitat frequens in vicinia montium ignivomorum, *in locis*, *in quibus multis jam annis elapsis*, *excrementa animalia accumulabantur*, *ut quoque in aliis locis*, e. gr. *prope* Braciano *territorii* romani, *in lacubus* (Lagoni) Hetruriae, *in* Pedemontio (*prope* Tortonam,) *in* Hispania, Alvernia, Germania (*prope* Magdeburg, Pirna *et* Schandau,) *et* Silesia (*prope* Turnowiz,) *canum aut flavum*, *vel a bitumine*, *quo simul perfusum est*, *fuscum*, *nigricans*, *vel nigrum*, *flamma caerulea*, *qua ardet*, *prunis insperfum*, *sulphuris praesentiam facile et evidenter manifestans*.

hepaticum. 3. S. calce aut natro solutum, quod sulphure per flammam consumto supereſt, sponte vel acido adfuso foetens.

Habitat

Habitat in vicinia montium ignivomorum, *alias in et inter montes calcarios, nunc forma soluta scaturiginis, aquae, fontis, paludis vel lacus, quorum aqua ab infuso acido cum foetore turbatur, ab instillato plumbi aceto denigratur, argentum immersum denigrat, saepius calet, frequens in imperio* Russico, *in* Italia e. gr. *in lacubus* Hetruriae, *inter* Romam *et* Neapolin, *in* Sicilia, *insulis* Oceani *australis, etiam in* Germania, *nunc forma solidiori, utplurimum sedimentum ejusmodi aquarum, etiam in salfataris.*

Pyrites. 4. S. ferro intime mistum coloris aurichalcei nitoris metallici, formae communis.

Syst. nat. I. *p.* 169. *n.* 4. XII. 3. *p.* 115. *n.* 5. Pyrites (ferri) mineralisatus amorphus scintillans.

Cartheus. miner. 51. Sulphur ferro mixtum informe ponderosum dilute flavum superficie planiuscula.

Waller. miner. 207. *syst. miner.* 2. *p.* 126. *n.* 4. Sulphur ferro mineralisatum minera difformi pallide flava nitente.

Cronst. miner. §. 151. 1. Sulphur marte saturatum.

Woltersd. miner. 31. Ferrum pallide luteum splendens polymorphum.

Habitat per omnem terrarum orbem, *in montium et fossilium generibus fere omnibus, tum prioris tum posterioris fere aetatis, durum, at saepe cum nitoris metallici jactura fatiscens, vagum, superficiale, stillatitium, undulatim, punctatim aliis immixtum, aut ipsum venas et strata constituens, opacum, fragile, ignis vi facile liquescens, interdum magneti obtemperans, praeter sulphur et ferrum non raro quoque cuprum, arsenicum, aut aluminarem terram continens, in fragmenta indeterminata dissiliens, texturae varius radiatae, quam compactae, superficie nonnunquam speculi instar nitente, aut vestigiis cubicis vel hexaedro-pyramidalibus inaequali, aut cellulosa, sulphuris et vitrioli ferri materies vulgatissima.*

figuratum. 5. S. ferro intime mistum coloris aurichalcei nitoris metallici, formae rotundatae.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 4. Pyrites mineralisatus aggregatus figuratus.

Waller. miner. 208. *syst. miner.* 2. *p.* 129. *n.* 5. Sulphur ferro mineralisatum, minera globosa concretum.

Habitat

Habitat in Germaniae *fodinis frequens, etiam passim vagum, nunc globos majores minoresve, magis minusve perfectos, solitarios, aggregatos aut concretos, nunc hemisphaeria, nunc renes, nunc ova, nunc fructus, nunc fungos, nunc stalactitas, nunc conos, nunc fistulas, nunc pecten, nunc arbusculam referens, veterum pyritae simile.*

Marcasita. 6. S. ferro intime mistum coloris aurichalcei, nitoris metallici, forma crystallorum.

Syst. nat. I. *p.* 169. *n.* 3. XII. 3. *p.* 113. *n.* 3. Pyrites (crystallinus) mineralisatus crystallisatus.

Waller. miner. 211. *Syst. miner.* 2. *p.* 131. *n.* 6. Sulphur ferro mineralisatum forma crystallina.

Cronst. miner. §. 151. 1. 1. 4. Sulphur marte saturatum crystallisatum.

Cartheus. miner. 51. Sulphur ferro mixtum crystallinum ponderosum dilute flavum.

α) pyramidale, pyramide.

a) triedra. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. α.

α) perfecta.

β) marginibus truncatis. Fig. 37.

b) tetraedra duplici, *rarius solitaria aut vaga, frequentius stellatim, in sphaerae, columnae, echini, cristae, tabulae, turrium, arbusculae speciem aut cellularum more aggregata.* Fig. 23.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. δ.

α) perfecta.

β) angulis truncatis.

β) cubicum. Fig. 19.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. β.

Gesn. Fig. 13. *f.* 2. *Mus. Tessin.* 42. *n.* 4.

a) faciebus convexis.

b) —— planis.

α) —— laevibus.

β) —— striatis.

Γ striis in singulis faciebus ejusdem directionis.

ΓΓ striis alternarum facierum longitudinalibus et transversis.

c) faciebus alternatim planis et convexis.

d) marginibus truncatis.

γ) prismaticum, prismatibus capillaribus frequentius stellatim, quam parallele aggregatis.

a) hexaedris.

b) octaedris.

δ) dodecaëdricum.

a) dodecaëdris perfectis. Fig. 29. 30.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. η. ϑ.
Mus. Tessin. t. 12. *f.* 3.

b) angulis nonnullis truncatis. Fig. 21.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. ι.

c) angulis pluribus truncatis. Fig. 18. 35.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. κ. λ.

Habitat passim in Sueciae, Angliae, Germaniae *fodinis*, β) *vulgatissimum*, γ) *rarissimum*, *praeter formam externam pyritae simile.*

CLAS.